

Secundo, quia d. juramentum, Feder. de Sen. conj. 239, Super 5, except. circa med. vers. Et vos scien, Gomin. conj. 84. Quia istud dubium in fin. vers. Ad illud quod dicitur, Bac. cot. de jurejur. n. 126. dicens juramentum super veniente revocatione, & sic statu mutato amplius non obligare. At nos loquimur de privilegiis jam revocatis tempore juramentum in quibus nihil supervenit, quod evincat juramentum.

Ad secundum responderetur primò nos non querere, An Episcopus potuerit Capitulum à se validè in perpetuum eximere. Quo casu oblatere opinio illa DD. Sed tantum an Archiepiscopus, qui juravit, impediatur dum vivit venire contra proprium juramentum. Secundò responderetur nos non versari in alienatione universæ jurisdictionis, de qua loquuntur DD. ex adverso; quia ethi juramentum unius Episcopi, reliqua tamen ei erit jurisdictionis in casibus Decretorum Concilii Tridentini, quos Episcopus in juramento excepit.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ & Ecclesiæ non vacantis.

Cap. Nulla.

S V M M A R I V M.

- 1 Beneficia non vacantia concedi, vel promitti non debent.
- 2 Beneficia conferri debent infra sex menses, quibus elapsis de Episcopo ad Capitulum, & è converso, & demum ad proximum superiorem collatio devolvitur, & num. 34.
- 3 Ministeria ecclesiastica, beneficia, & ecclesie, an, & in quo differant.
- 4 Beneficium vacaturum promissio non valet, nec ullam inducit obligationem.
- 5 Sive fiat in specie, sive in genere.
- 6 Beneficium promittens cum poterit, olim obligabatur: hodie secus.
- 7 Papa potest tribuere jus in beneficium vacaturum, & num. 15, & 45. Declaratur, n. 20. 31. & seqq.
- 8 Expectative, reservationes mentales, & quacumque gratia ad vacaturam, & indulta ad alienas ecclesias ex Concilio Tridentino nominim sunt concedenda, etiam S. R. E. Cardinalibus.
- 9 Presum primatiarum indultum Imperatori concessum, & à Pro IV. confirmatum est sublatum à Concilio Tridentino, & n. 16.
- 10 Imperator non comprehenditur in decreto Concilii Tridentini, sess. 24. c. 19.
- 11 Beneficia vacantia possunt per Prælatum promitti, sed ex hoc non adeo affectus beneficium, ut annullentur collatio alteri sùlla.
- 12 Forum simplex non dirimit secundam solemnem.
- 13 Matrim proximi separare non licet.
- 14 Quando quis est sanctior, tanto facilius debet abstinere à promissionibus vacaturorum beneficiorum.
- 15 Beneficia vacantia collatio, vel promissio non inducit votum exptanda mori casualiter, sed occasionaliter. Et idèd Papa potest super hoc dispensare, & num. 18.
- 16 Canonici non designantur leges gentium imitari,

- 17 In beneficium ecclesiasticum expectatio futura successioni est contra omnia jura.
- 19 Pœnitentia publica prætextu privilegii vacillare non debet.
- 20 Papa quantumvis possit conferre in genere beneficia vacantia, tamen in specie & ad instantiam certæ persone conferre non debet, nisi ea ignorante.
- 21 Dicitur dicitur quod tempus in portet.
- 22 Officia, & beneficia conferri debent personis, quæ digne valeant administrare.
- 23 Pœnitentia. Cum in curiis. de elect. non habet locum in conferente, Persona quid sit, ibidem.
- 24 Beneficium qui dispulit conferre ultra sex menses, privatur ea vice potestate conferendi.
- 25 Et tempus sex mensium currit à die scientiæ, nec requiritur mortis.
- 26 Et moram purgare, aut in integrum restitutionem petere non licet.
- 27 Item tempus sex mensium est utile in quantum non currit ignorantis, aut conferre non valentis, & num. 37.
- 28 Sed est continuum in quantum currit etiam dicitur servari.
- 29 Devolutio potestatis conferendi fit ad superiorem si in ad quem spectat, ultra sex menses conferre neglexerit.
- 30 Quod procedit in omnibus Dignitatibus, officiis, & præbendis, dammodo sint distinctæ, vel certus numerus sit statutus.
- 31 Item procedit etiam in Episcopatibus, & Abbatibus. Sed nimis tempus datur ad eligendam, id est trium mensium.
- 32 Institutioni faciendæ nullum tempus reperitur à jure præfixum.
- 33 Devolutio pœnitentia locum non habet contra eum, qui beneficium non contulit propter impotentiam juris, vel facti etiam culpa contingentem.
- 34 Devolutio ob negligentiam non conferenti beneficium fit ad proximum superiorem gradatum, & quilibet ipsorum habet sex menses ad conferendum.
- 35 Devolutio potestatis conferendi non fit ad Metropolitanum, nisi omnes inferiores infra præscriptum tempus conferre neglexerint.
- 36 Papa lapsò primo semestri statim potest de beneficio providere. Et illius negligentiam nemo supplet.
- 37 Papa si beneficium vacans in Curia non conferat infra mensem à die vacationis, Ordinarius confert, ibidem.
- 38 Legati nati quævis possunt jurisdictionem exercere in diecibus suffraganeorum suorum, non tamen possunt conferre beneficia ad eorum collationem spectantia, nisi post devolutionem. Legati nati non habent nisi unam semestrem ad conferendum beneficia ad se devoluta propter negligentiam inferiorum, ibidem.
- 39 Devolutio potestatis conferendi fit etiam de superioribus ad inferiores, vel ab Episcopo ad Capitulum, inferior non supplet negligentiam superiorum, vel parum, nisi in jure sit expressum, ibidem.
- 40 Capitulum potest competere jus conferendi beneficia etiam privative ad Episcopum.
- 41 Beneficiatus potestatem non habet dandi successorem in beneficio.

Coada.

- 42 Coadjutorie, quæ dantur hodie à Sede Apostolica cum futura successione, an adveniant juri communi, vel decreto Concilii Trid. & n. seqq. usque in fin.
- 43 Coadjutoria gratia non est merè preventiva, sed habet fomentum juris propter consensum coadjuti.
- 46 Coadjutoria hodierna esse soluta, & à jure communi exarbitantes qui auctores senserint.
- 47 Coadjutoria cum futura successione in cathedralibus, & Monasteriis, an, & quo respectu dicatur esse contra Canones, & n. seqq.
- 48 Intellectus, c. Petiisti, 7. quæst. 1. & num. 49. 78. & seqq.
- 49 Papa ex speciali indulgentia, & dispensatione potest tribuere Episcopo facultatem, ut in ultimo vita spiritus sibi successorem designet, & n. 78. & 82.
- 50 Coadjutoria cum futura successione, quæ dantur à Papa in Canonicis, & aliis beneficiis, in cathedralibus vel collegiata ecclesiis an exorbitet à jure communi, & n. seq. usq. ad. n. 60. An exorbitet à Concilio Tridentino, n. 69.
- 51 Coadjutoria cum futura successione in inferioribus beneficiis est provisio recognita sacri canonibus.
- 52 Coadjutoria hodierna hereditario successione imaginem refert, & n. 75.
- 53 Coadjutoria cum futura successione ingerit votum captanda mori, quod non excluditur per consensum coadjuti, & n. seqq.
- 54 Coadjutor cum futura successione respectu beneficii nec reticulum habet, nec possessionem, sed est sibi beneficium, & n. 66.
- 56 Coadjutoria cum futura successione propter consensum coadjuti est nimis odiosa, quam gratia merè preventiva.
- 57 Coadjutoria hodierna in quibus differat à coadjutoria secundum formam juri communis, & n. seqq. usque ad. n. 69.
- 58 Coadjutoria perpetua requirit consensum coadjuti; alioquin gratia est nulla.
- 59 Coadjutor de jure communi tenetur residere.
- 60 Coadjutor cum futura successione non potest clero, aut capitulo interesse, nec aliquid jurium canonicum exercere contradicente coadjuto.
- 61 Coadjutoria de jure non datur propter biveritatem, aut in favorem persone, sed ob Ecclesiæ necessitatem.
- 62 Coadjutoria cum futura successione continet duas gratias eque principales, unam in favorem coadjutoris, alteram in favorem coadjuti.
- 63 Coadjutoria temporalis non datur nisi decrepita, vel marboquarabili impeditu officium exercere.
- 64 Coadjutori de jure datur certa portio ex redditibus beneficii in compensationem laborum.
- 65 Coadjutor cum futura successione distributiones non lucratur sibi, sed ad utilitatem coadjuti, nec quicquam percipit ex fructibus beneficii.
- 66 Coadjutor temporalis potest quandoque amoveri, & alius in eum locum subrogari.
- 67 Coadjutoria temporalis dari potest ab eo, ad quem spectat devolutio, vel cessionis admissio.
- 68 Coadjutoriam perpetuam non dat Legatus de late- re, sed solus Papa.
- 69 Coadjutoria cum futura successione permittuntur à Concilio Tridentino in cathedralibus, & monasteriis dumtaxat, non autem in beneficiis inferioribus, & n. seqq. usque ad. n. 87. Et quæ sit ratio huiusmodi, n. 72.

Prop. Fagn. in 4. Decretal. Tom. 4.

- 70 Concilium Tridentinum, quo sensu in aliquibus prohibitionibus intelligatur includere summam Pontificem, & n. seq.
- 71 Expectativa ad beneficium vacaturum à Papa concessa non possunt.
- 73 Canonici inferni, vel senio concessa non tenentur nisi vere per substitutum.
- 74 Coadjutoria autem non est tantum ut illi non proponerent gravamina plurima, quæ ex futura successione ecclesiis, & personis ecclesiasticis inferuntur.
- 75 Et quæ sint huiusmodi gravamina, & n. seq. & 79.
- 76 Ad coadjutoriam obtinendam exiguntur literæ commendatitiae aut Episcopi, aut Capituli.
- 77 Papa concedendo in Germania coadjutoriam perpetuam in omnibus mensibus, dicitur Cancellariis contravenire.
- 79 Coadjutor cum futura successione quibus conditionibus datur Episcopo secundum antiquos Canones.
- 80 Ordinare quandoque idem importat quod conferre, vel confirmare.
- 81 Augustinus non fuit successor, sed coepiscopus Valerii Hipponensis ecclesie Episcopi.
- 82 Papa potest dare futuram successione in beneficio viventis non secundum jus canonum, sed dispensative, & ex plenitudine potestatis, & n. seqq.
- 85 Expectative concessa à Papa sustinentur, etiam si Concilio Trid. derogatum non fuerit.
- 86 Concilio Tridentino nec suler, nec oportet generaliter, aut specialiter, derogari, dummodo supplicatio manu Papæ signata fuerit, ex motu proprio Pii V.

**N**ULLA. Quidam erant nimis celeres in cõferendis beneficiis, quia promittebant illa, vel conferebant priuquam vacarent, & contra hos providet prima pars Concilii Lateranen. Alii verò vice versa nimis erant tardi in illis conferendis cum vacabant, & contra hos delides providet pars secunda ibi Contra verè. Et breviter hoc intendit secundum Jo. Andr. cui ceteri consentiunt. Beneficia non vacantia concedi, vel promitti non debent; cum vacaverint, concedi debent infra sex menses, quibus elapsis de Episcopo ad Capitulum, & è converso, & demum ad proximum Superiorem collatio devolvitur. Prima pars tria facit. Primò ponit prohibitionem. Secundò ejus causam, ibi. Si desideret. Tertio illam fortificat per locum à minori, ibi. Cum enim. Pars secunda itidem facit tria. Primò, statuit tempus ad conferendum. Secundò, punit negligentiam primi gradus, ibi. Si autem. Tertio, punit negligentiam secundi, ibi. Vel si amnes.

Nota primo, ex principio textus differentiam esse inter ecclesiastica ministeria, beneficia, & ecclesias: nam pro ecclesiasticis ministeriis hic possunt intelligi officia, & dignitates, veluti Archidiaconatus, Præceptorie, Sacristie, & similia, ut c. Cum in curia, 3. Inferiora, supra de elect. Pro beneficiis itidè intelliguntur præbendæ; & pro ecclesiis parochiales, ut hic per gloss. i. Host. in princ. Jo. Andr. n. 2. Card. n. 1. & Abb. in 1. no. tab. In latiori tamen significatione omnia comprehenduntur beneficii appellatione, ut c. Beneficium, de reg. jur. lib. 6. Abb. 6. ubi supra, & notant Butr. & alii in c. Olim, infra, de verbor. signifi.

V Sc.



rendi beneficium devolvi ad Superiorem, si is, ad quem spectat collatio, distulerit ultra sex menses conferre, ut est casus hic. Quod procedit in omnibus dignitatibus, officiis, & præbendis; dummodo tamē sint dilectæ, vel certus numerus status: alius secus, ut in ecclesiis non numeratis, quia in illis non datur vacatio; ac proinde non potest esse locus devolutioni. Textus est in c. Ex parte, infra, eod. & hic notat glob. in ver. *si sit mensis, vers. ista tamen Constitutio*, Innoc. post med. vers. Et dicitur locum habere, licet legatur coarctatè Host. n. 3. vers. Quarto.

31 Rursus quamvis olim hæc devolutio locū non haberet in Episcopopatibus, & Archiepiscopopatibus, ut c. Dilectus, infra, eod. hodie tamen locum habet tam in ipsi, quam in Abbatibus, ut potestas eligendi transferatur ad Superiorem, sed minus tempus devolutioni præscribitur, id est trium mensium, quia mora in talibus est periculosa, hic est textus in cap. Ne pro defectu, supra de elect. & in cap. Quamquam, eod. tit. lib. 6. glof. præ ill. hic Innoc. circa fin. vers. Et licet olim, & Host. num. 3. vers. Quarto.

32 Ceterum non vendicat sibi locum pœna devolutionis hic statuta in eo, qui debet insinuare præsentatū à Patrono, ut tenent Domini de Rota, decis. 222. alius 4. vers. Præterea nullum tempus, de iurepatr. in nova; quia hæc decretalis loquitur in eo, ad quem spectat ius conferendi; unde non extenditur ad eum, ad quem spectat insinuatū: respectu enim insinuationis faciendæ non reperitur tempus à jure præfixum, & illam decisionem refert, & sequitur Abb. hic. n. 1.

33 Demum pœna devolutionis locum habet, dummodo is, ad quem spectat collatio, distulerit conferre per negligentiam: scilicet si per impotentiam juris, vel facti, etiam culpa contingentem, ut c. Quia diversitate, infra, eod. & c. Cum M. supra de Constit. secundum Innoc. hic in fin. Host. num. 3. in ver. Conferre, & Jo. Andr. n. 7. in ver. Distulerit, quibus ceteri consentiunt, & fufius dictum est supra in præced. notab. n. 7.

34 Undecimō nota in eodem ver. distulerit: hæc devolutionem potestatis conferendi beneficium ob negligentiam nō conferentis fieri ad proximū Superiorem gradatim, ut hic est decisio multum notabilis, quæ quotidie observatur in praxi. Unde si Capitulum infra sex menses non conferat, potestas devolvitur ad Episcopum, qui habet sex menses, ut hic & in c. Licet supra de suppl. neglig. Prælat. & Episcopo negligente, sic devolutio ad Metropolitanum, qui similiter habet alios sex menses: eoque non conferente, devolvitur potestas ad patriarcham, cui Archiepiscopus subest. Quod si Superiorem non habeat, ad papam fit devolutio, ut hic firmat Abb. in ult. notab. post Host. in fi. Jo. Andr. num. 8. in ver. Omnes, Imol. num. 16. Rebuti. in præf. benefic. tit. de devolut. num. 7. & tenent Domini de Rota decis. 1. num. 4. de suppl. plen. neglig. v. clat. in nor. Mant. decis. 260. n. 2.

35 Nota tamen differentiam inter Metropolitanum, & papam. nam Metropolitanus conferre non potest jure devolutio, nisi omnes inferiores Collatores ultra sex menses conferre neglexerint, ut patet ex littera ibi, vel si omnes, & in c. Postulasti infra, eod. & tenent hic Jo. Andr. num. 8. in ver. Omnes. Sed papa lapsio primo semestri statim potest providere, ut per Gonzal. ad reg. de Mensib. in præm.

37 Rursus papa negligentiam nemo supplet, cum Superiorem non habeat: Salvo tamen eo, quod habetur in c. Statutum, de præb. lib. 6. ubi si papa beneficium vacans in Curia non conferat infra mensem à die vacationis Ordinarius cōferat, secundum Boartium, cujus dictum hic sequitur Jo. Andr. n. 8. in ver. Metropolitani, Imol. n. 16. & Jo. de Anan. n. 19.

38 Sed hic incidit dubitatio, numquid legatus natus, ad quem devolvitur potestas conferendi propter negligentiam inferioris, habeat duo semestria ad conferendum.

Præmitto epistolam legatos natos, ut sunt Archiepiscopi Eboracens. Cantuarien. Rhemens. & vitan. quamvis possint suam jurisdictionem exercere in diocesisbus suisraganeorum suorum, & tota provincia, ut habetur in c. 1. de off. leg. in 6. & in c. 1. de appellat. non tamen posse conferre beneficia ad collationem inferiorum spectantia, nisi posteaquam propter negligentiam eorum inferiorum ad eos devoluta fuerit collatio, iuxta textum hic. In quo casu dubitatur an talis habeat duo semestria, unum scilicet, tanquam Archiepiscopus, aliud tanquam Legatus.

Pro parte affirmativa facit concurrentia diversorum iurium in eadem persona, arg. eorum, quæ habentur, in c. A collatione, de appell. lib. 6. in c. Postulasti infra, eod. inc. Cum inter universos, supra de elect. & in l. Tutorem, ff. de iur. quæ in d. Concilium tenent Domini de Rota in præleg. decis. 1. num. 5. de suppl. neglig. Prælat. in nov. decentes de hoc esse casum in c. Licet, supra de suppl. neglig. Prælat. ubi de Eboracens. Archiepiscopo, qui est Legatus natus ratione suæ dignitatis, licet Cantuarien. ut in c. 1. supra de off. l. & tamen ibi antequam fiat devolutio ad Papam non habet nisi unum semestri, & sequuntur prædictam decisionem Butr. bis n. 10. & Imol. n. 17. quia tanquam Prælati non habet potestatem supplendi negligentiam propriam ubi neglexerit tanquam Archiepiscopus; & ideo sibi tanquam legato non dabitur aliud semestri, sicut de seipso non potest appellari, nec querela deponi secundum ea, quæ habentur in c. Romana de foro, compet. lib. 6. & in c. 2. de Conservat. eod. lib. Non obstant contraria, quia loquuntur in eo casu, in quo quis simul cum alio debet adū exercere: tunc enim potest negligentiam propriam supplere d. c. Postulasti. Secus quando solus debet actum expedire, quia tunc negligentiam suam minimè supplebit, ut per eosdem firmat glof. Pragmat. Sanct. in rit. de collat. in ver. Respective, & Jo. de Selu. de benef. in 2. par. q. 3. n. 55.

39 Duodecimō nota, ibi per Capitulum ordinetur, potestatem conferendi non tantum devolvi ex minoribus ad Superiores, sed etiam ex Superioribus ad minores, quemadmodum hic fit devolutio de Episcopo ad Capitulum, & notat Host. n. 3. vers. Tertio queritur, Anchar. n. 14. & Imol. n. 5. Alii vero minor, aut per negligentiam Superioris, vel patris non supplet, nisi ubi reperitur expressum, ut post Archid. in c. Volamus 89. dist. notat hic Collectar. n. 5. & Abb. n. 6. Simile habetur in c. Cum finis, q. 3.

40 Ultimo nota ibi, Quod si ad Capitulum pertinet, Capitulum posse competere ius conferendi beneficia etiam privatè ad Episcopum, ut aperte pro-

probat hic: alii enim non fieret devolutio de Capitulo ad Episcopum, & notat Bernard. hic in prima. & Abb. n. 1. De similitanea vero inter Episcopum, & Capitulum, vide textum in c. Cum ecclesia alterana, supra de elect. & in c. Postulasti, & quod utrobique plene notavi infra, eod.

41 In glof. 3. nota bene rationem glofæ, cur pactū de futura successione in beneficiis ecclesiasticis non validetur ex consensu beneficiarii, cum tamē secus sit in pacto de hereditate viventis, ut l. fin. c. de pact. Ratio enim differentie est secundum glof. quia non est in potestate beneficiarii dare successorem in beneficio, ut c. De testanda, infra eod. lib. 6. Sed Pater familias bene potest concedere cui vult suam hereditatem. Beneficiarius enim est Procurator, pater familias domus, ut per Card. hic, n. 7. Eandem rationem assignant in c. Accepimus, de pact. Jo. Andr. n. 2. Bellam in prim. in 1. opposit. Butr. n. 6. & Card. n. 2.

42 QUÆRO an Coadjutoria quæ dantur hodie à Sede Apostolica cum futura successione, adverterentur iuri communi, vel decretis Concilii Tridentini.

Quod spectat ad ius commune, duæ sunt opinioniones; Prima est eorum, qui putant huiusmodi Coadjutorias esse conformes iuri communi, cui adherent nonnulli ex modernis, videlicet Nicolaus Garzia in tract. de benef. par. 4. c. 3. num. 19. & Lotter. de re benef. lib. 2. q. 25. A n. 6. ubi nitiur hanc gratiam à detractoribus vindicare, & n. 8. contendit illum usum esse antiquissimum, & à Sacris Canonibus approbatum, & videtur ex merte Putei decis. 478. n. 5. l. 2. ubi ait, gratiā Coadjutoria non esse merè pervertivam, sed habere fomentum juris propter consensum coadjuti: nec esse ita odiosam, sicut est gratia mere præventiva, & Quintil. Mandol. ad reg. 11. q. 5. n. 5. dum dicit usum huius gratiæ habere aliquam conformitatem cum iure Canonico, licet eum carpat Gonzal. ad reg. de Mensib. glof. 5. §. 9. n. 46.

Allegantur pro hac opinione tria iura. Primò scilicet c. Petrus, 7. q. 1. ubi hoc videtur expressum. Sed de intellectu huius textus plene dicam infra n. 48. 49. & n. 78.

44 Deinde allegatur c. Sicut vir, §. Ecce bis auctoritate seq. ead. caus. & questione, ubi Beatus Augustinus successit in ecclesia Hipponensis de consensu Episcopi agrotantis, ut dicitur Pur. decis. 226. n. 17. lib. 3. & Lotter. d. q. 25. n. 8. qui tamen errore sunt lapsi, ut patebit infra. n. 80. Tertio allegatur c. 2. de præb. lib. 6. ubi expressum est Romanum Pontificem non solum beneficia cum vacante posse de iure conferre, sed etiam ius in ipsis tribuere vacaturis. Ex quibus verbis videtur colligi has gratias præventivas respectu Papæ non adversari Lateranensi Concilio, de quo tamen videbimus infra n. 82.

45 Secunda opinio primæ opposita est existimantium Coadjutorias cum futura successione nequam esse iure communi conformes, sed ex stylo adinventas. Ita Callador. decis. 2. n. 2. de restit. spoal. Mochedan. decis. 10. de priv. alius 36. dist. fin. dicens hodiernas Coadjutorias esse in utraq; parte odiosas, & exorbitantes iure Rota decis. 392. n. 2. par. 3. recitat. ubi ait in forma huius gratiæ multa decreta contineri ad favorem Coadjutoris, & coadjuti, quæ non conveniunt Coad-

jutoria in forma juris communis, Petr. Andr. Gamb. in tract. de off. & potest. leg. lib. 5. sub tit. de Coadjut. n. 23. Quintil. Mandol. de figurat. grat. tit. de Coadjut. vers. Altera cum futura successione, & in reg. 11. q. 5. n. 4. Navar. cons. 2. nam. 2. in rit. de Cler. agrot. Quinimo Petr. Gregor. Tholosanus de benef. c. 30. n. 2. affirmat Coadjutorias cum futura successione per mortem ejus cui datur Coadjutor, videri detestabiles in iure per textum in c. Accepimus, supra de pact.

Nituntur omnes hoc præcepto fundamento, quod de iure communi coadjutor datur pro necessitate Ecclesiæ, & ad tempus impediti, non autem cum futura successione, quæ est Sacris Canonibus inimica, ut dicitur in d. c. Accepimus; imò ejus officium expirat per obitum coadjuti, ut patet supra de Cler. agrot. per tot. & in c. Grandi, de suppl. negli. Prælat. lib. 6. & tradunt Jo. Andr. Butr. Cardim. & reliquæ, fin. omnes in 8. quasi. de Cler. agrot. an.

47 Quid dicendum? Pro solutione questionis arbitrator distinguendas esse duas species coadjutoria cum futura successione. Quædam enim datur per Cathedrali ecclesia, vel monasterio, cum scilicet Episcopus, vel Prælati propter tenium, vel aegritudinem factus est inhabilis ad publicum exercitū. Quædam verò datur pro beneficiis inferioribus in Cathedrali, vel Collegiata ecclesia, cum scilicet Dignitatem obtinens, vel Canonicatum, aut portionem dimittit propter senectū, aut morbum redditus est inhabilis ad inferendum ecclesiæ in divinis. Quoad primā speciem dum dicimus gratiam Coadjutoria perpetuam in Cathedralibus, & monasteriis etiam à pectū Papæ esse contrariam S. Canonibus, observandum est hoc duobus modis accipi posse: Uno modo ut dicamus hanc gratiam usque aded esse canonibus injustam, ut neque ex privilegio, vel dispensatione Papæ sit alicui concedenda, & in hoc sensu hæc gratia nullatenus est cōtra Canones; Quod patet manifestè, quia canones permittunt ut Papa possit eam concedere ex urgenti necessitate, textus est aptus in c. Petrus 7. q. 1. Ubi Zacharias Papa duo concessit Archiepiscopo Moguntino. Unum scilicet ut ibi Coadjutoriam adungeret, cum esset senectute, & corporis imbecillitate gravatus. Alterum ut in qua hora cognosceret se ex hac vita migraturū esse, eundem Coadjutorem sibi successorem designaret. Sed & Concilium Tridentinum permittit hanc speciem Coadjutoria in c. 7. vers. Quod si quando, sess. 25. ut fufius patebit infra n. 69. & hoc planum.

48 Alio modo hæc gratia dici potest iuri communi contraria, in quantum conceditur à Papa non iure ordinario, sicut cōceditur coadjutoria temporali, ut in c. un. de Cler. agrot. lib. 6. Sed ex speciali privilegio, & dispensatione, & hoc sensu verissimum est Coadjutoriam perpetuam etiam per Cathedralibus, & Monasteriis exorbitare à iure communi, etiam respectu Summi Pontificis. Hoc deduco evidenter ex d. c. Petrus, ubi postea quam Papa fecit Archiepiscopo gratiam Coadjutorias cum futura successione, statim subiecit hæc verba, videlicet, (hoc nulli cōcedi alii patitur, quod tibi charitate cogēte largiri censumus) Et ita hæc concessionem uti Ecclesiæ necessariam prodiit ex speciali privilegio, & notantur ibi Hugo, Archid. Præpos. & alii, seu ex speciali indulgentia, ut



jurorū cum futura successione de cetero à Summo Pontifice nullatenus sint permissenda, c. Dominus, & ibi glo. 32. q. 7. n. 2. de conjug. reprof. 1. Nam quod liquida, §. fin. in 1. res. ff. de pen. leg. cum similib. & ita hodie nam coadjutoriam dici exorbitantem, quia deviat ab orbita Concilii Tridentini in dicitur. dicit Meho. de off. 10. ad fin. de priv. ad glo. ut. in cap. Quod iure, de reg. jur. lib. 6. cum alijs per Menoch. de recuper. rem. 1. §. n. 13. Unde post Concilium nemini fuerit concessa usque ad tempora Sixti V. ut attestatur Nicolaus Garzia de benef. par. 4. cap. 5. n. 23. & 24.

76 Quod si quæras, cur Concilium illas permiserit tantummodo in Cathedralibus, & monasterijs, non autem in beneficijs inferioribus: Respondebitur, inter hæc magnam esse rationem diversitatis nam in primo casu cum Episcopus vel Prælati propter senium, vel ægritudinem redditus est inhabilis ad pastoralis officium exercendum, necessitas cogit ut illi de Coadjutore provideatur propter periculum animarum, ne gregi fidelium delict custodia pastoralis, cap. Qualiter, 7. q. 1. c. Ex parte, de Cler. agror. Sæpe autem contingit, præsertim ultra montes, ut Episcopatus, vel Abbatia, Prælati exillente inhabili, indigeant coadjutore magne autoritatis, & potentia, qui valeat ibi Catholicam Religionem firmam conservare, & bona, immunitatemque Ecclesie ac personarum Ecclesiasticarum ab infidelium, & hæreticorum injurijs defendere. Personæ autem hujus generis vix ac ne vix quidem induci possunt ad onus coadjutoris subeundum, nisi cum futura successione, ut docuit experientia. Igitur in eo casu, & in alijs similibus charitate cogente, ut dicit textus in cap. Petrus, 7. q. 1. poterit Summi Pontificis circumspicua providentia de perpetua coadjutoria salubriter providere. Hæc autem ratio non viget in Canonicibus, & alijs beneficijs cathedralium, vel collegiarum Ecclesiarum. Tum quia illis non imminet periculum animarum; & si forte immineret, non deessent qui cum competenti mercede coadjutoriam suscipere sine futura successione. Tum quia in prædictis Ecclesijs divina officia perfolvuntur à reliquis collegialibus, & ministris Ecclesie; nec Canonicus infirmus, vel senio confectus tenetur sibi coadjutorem adungere, aut intervenire per substitutum, c. un. de Cler. non resid. lib. 6. & fuit millies resolutum, ut scripsi latè in c. Licet, de n. 136. supra de præb. Non igitur mirum, si in beneficijs inferioribus Tridentina Synodus has coadjutorias minime permiserit, cum in illis considerari non possit ratio ulla urgentis necessitatis, c. Quod pro necessitate, 1. q. 1. c. Pro remedio, & ibi glo. p. 1. q. 7. & c. Pastoralis, 7. q. 1. Non enim in argumentum trahi possunt quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa, c. in argumentum, de reg. jur. lib. 6. & c. Quod non esset licitum, infra eodem tit.

74 Nec dicatur saltem in eis posse considerari rationem utilitatis Ecclesie, quæ necessitati æquiparatur, c. Post translationem, §. Cum ergo, de re. nunc. & d. c. 7. vers. Quod si Cathedralis, sess. 25. eod. quod Ecclesie addatur minister, qui servat in divinis loco Canonici impediri. Nam respondetur, hoc augmentum unius ministri ad tempus impediri non esse tanti momenti, ut illi non præponderent gravamina plurima, quæ inde personis Ecclesiasticis inferuntur, ut c. Destituti-

75 da, de concess. præb. lib. 6. Nam, ut ait Petr. Andr. Gamb. de off. & potest. leg. lib. 5. sub tit. de coadjutor. n. 13. per has gratias intrat fœda successio in Ecclesia Dei, veluti referens in beneficijs hereditariam quandam imaginem, sub qua plerumque hæredes sunt pueri, qui nedum ipsi coadjutore, sed pedagogo egent. Cujus dictum refert, & approbat Gonzal. ad reg. de mensib. glo. §. §. 9. n. 4. 1. Ad hoc bonus textus in c. Indecorum, supra de atat. & qual. Et quamvis Lotter. de re benef. lib. 2. q. 2. §. n. 19. dicat hoc pertinere ad contingentiam contra mentem Summi Pontificis ex inferiori informatione, quæ vix præcaveti potest, ut ostendit Pius II. in Epistola, quæ inscribitur, De morib. Germaniar. char. 6. vers. Describitur interdum. Nihilominus res seriò consideretur, apparet ibi provenire etiam ex natura rei: nam ad coadjutoriam non solent concurrere nisi graves, & proventiores, ac bene de Ecclesia meriti. Tum quia tales sperant se posse providere de beneficio, cum post obitum vacabit; tunc enim digniores præferri solent. Tamen quia sibi dedecori esse putant tanquam fidos beneficiatis dici gratias intervere, postremum locum tenere, & ad beneficium pervenire per viam gratia præventivæ. Indeque fit, ut viri seniores & præstantiores à junioribus, & minus idoneis excludantur, & quasi supplantentur. Et quamvis ad coadjutoriam obveniant exigantur litteræ testimoniales, & commendatoriæ aut Episcopi, aut Capituli super qualitatibus coadjutoris, & indigentia Ecclesie, ut attestatur Gonzal. ad reg. de mensib. glo. §. §. 9. n. 48. cum seqq. & Lotter. d. q. 2. §. n. 27. Docuit tamen experientia hanc cautelam parum prodesse, cum sæpe sæpius hujusmodi litteræ emendicatis favoribus extorqueantur. Quinimo audivi pluribus ab hinc annis quandam Cathedralis Ecclesie Canonicum (Papam, ut arbitror, circumventum) prætextu inhabilitatis ad interveniendum Ecclesie in divinis obtinuisse sibi dari coadjutorem in Canonicam cum futura successione, & paulò post eundem Canonicum fuisse deputatum coadjutorem dignitatis, itidem cum futura successione in alia Ecclesia; atque ita fuit simul coadjutus, & coadjutor; & qui habebatur pro inhabili ad interveniendum pro seipso, & egebat coadjutore in Ecclesia propria, fuit reputatus habilis ad interveniendum, & coadjutorium alium in Ecclesia aliena. Unde ad hæc, & similia absurda evitanda forte consulendus foret, ut Sedes Apostolica ab hujusmodi gratijs abstineret ubique locorum, sicut abstinere in Germania, ubi ex concordatis cautum est, ut Papa concedendo coadjutorias cum futura successione in omnibus mensibus, dicatur concordatis contravenire. De quo plenè agit Put. de off. 226. per totam, lib. 3. Non obstat c. Petrus, 7. q. 1. quia loquitur in Episcopo, cui ex permissione canonum dispensative dari potest coadjutor cum futura successione secundum ea, quæ dicta sunt supra n. 47. & n. 69. Præterea, ut ex illo textu perspicue apparet, etiam Episcopo papa non dat coadjutorem cum futura successione, nisi cum duabus conditionibus. Una est, ut Episcopus eum probe in ministerio coadjutoria. Altera est, ut postquam eum probaverit, & aptus esse repererit ad officium pastorale, in ultima hora, in qua cognoverit se fore ex hoc sæculo migraturum, eundem sibi successorem designet.

77  
78  
79

Nam in tam brevi intervallo, & salute Episcopi jam desperata, cædit omnis suspicio vori captandæ mortis. At in hodierna coadjutoria neutra ex his conditionibus observatur; imò ante illum experimentum, & cura periculum mortis coadjutori unico contextu datur coadjutoria, & futura successio, ad hoc c. Miratur, 61. dist. Denique si textus ille accurate expendatur, constabit Zachariam Papam non dedisse Archiepiscopo Moguntino potestatem sibi eligendi successorem, sed tantummodo coadjutorem assumendi, qui tamen post obitum Prælati à Sede Apostolica esset ordinandus, ut clare colligitur ex littera ibi, (cæ horâ, qua tu de presenti sæculo migraturum esse cognoveris, præsentibus cunctis successorem designa, & hic veniat ordinandus.) Hæc ibi; & si non fuit ibi coadjutoria cum futura successione, sed simplex designatio successoris, qui tamen ordinandus, seu providendus esset ab Apostolica Sede post obitum coadjuti. Nam ordinare idem importat quod conferre, ut patet ex littera hujus textus ibi, Si autem Episcopo conferre distulerit, per Capitulum ordinetur, & notat Butr. in §. notab. Archidia. c. Si tibi absens, de præb. lib. 6. Vel certe idem est quod confirmare, c. Nulla, 88. dist. c. 2. de arbor. & ita ad text. in d. c. Petrus, respondet Aug. qui Triumph. de potest. Ecclesiæ, quæ 2. art. 2. ad 2. dicens: Zacharias Papa non concessit Episcopo Moguntino successorem posse sibi instituire; sed bene concessit, quom Episcopus posse sibi coadjutorem assumere, qui post obitum ejus ad Apostolicam Sedem accederet eligendus, & confirmandus.

81 Item non obstat, Non autem, 7. q. 1. & §. Illi auctoritatibus immediate præced. Quoniam similiter loquitur in Episcopatu, non autem in inferioribus beneficijs, de quibus nunc agimus. Præterea ille textus non tractat de successione, sed de accessu: nam Augustinus non fuit successor, sed coepiscopus Valeris quidquid contra scripserint Put. & Lotter. supra citati num. 44. ut clare constat ex illis verbis, (Ita consecratus est, ut non succederet in cathedra Episcopo, sed accederet: nam incolumi Valerio Hipponensis Ecclesie coepiscopus Augustinus factus est.) Hæc ibi. Unde hæc auctoritas potuisset à modernis omitti, quia impertinens est ad coadjutoriam cum futura successione, quæ multum distat ab accessu, ut illic patet, & in præcæto decreto Concilii Tridentini c. 7. sess. 25.

82 Demum non obstat c. 2. de præb. lib. 6. quia tantum probat Summum Pontificem posse tribuere jus in beneficijs vacaturis, quod nemo negat. Sed hoc intelligitur non per viam juris communis, sed per viam dispensationis, quæ est juris relaxatio, glo. in c. Præconstrueretur, in ver. Deit abendum, 50. dist. & dicitur vulnus, quia per eam jus vulneratur, c. Ipse pietas, 23. q. 4. & notat Sylvester in ver. Dispositio, in prim. Quod autem futura successio in beneficio viventis non concedatur à Summo Pontifice secundum jus commune, imò contra Canones, & ex speciali indulgentia & dispensatione, ac de plenitudine potestatis, probo aperte per quatuor textus. Primus est in c. Proposuit, infra eod. in illis verbis: (Licet autem intentionis nostræ non sit investitura de vacaturis factas contra canonum institutionem ratas habere, qui secundum plenitudinem potestatis de jure possu-

mus ultra dispensare.) ubi Jo. Andr. m. 2. in ver. Investitura, notabiliter ait: (Quomodo in provisione vacaturæ papa tollit vitium, quod est in provisione, voti scilicet captandæ mortis Respondeo, quia papa est supra jus.) Secundus textus est in c. Constitutus, infra eod. ubi dicitur ex Canonibus Sancti in his prohiberi beneficia concedi, vel promitti antequam vacent, & mandatum de vacaturis continere gratiam personalem. Tertius est in c. Ne caprandæ, de concess. præb. lib. 6. ubi dicitur: Ne captandæ aliene mortis occasio ex benignitate gratiarum Sedis Apostolicæ tribuatur, & sic futura successio in beneficijs emanat non secundum jus, sed ex gratia benignitate, & speciali indulgentia Apostolicæ Sedis. Quartus textus admodum clarus est in cap. Petrus, 7. q. 1. ubi posteaquam Zacharias papa indulgit Archiepiscopo Moguntino, ut in suo transitu coadjutorem suum posset sibi successorem designare, immediate subdit: (hoc nulli concessalium patitur, quod tibi charitate cogente largiri consuevit.) & ita id esse non secundum jus, sed ex speciali gratia tenentibi Hugo, & Archid. seu ex speciali indulgentia, ut loquitur Jo. Andr. in c. Accipimus, in fin. & Butr. n. 8. supra de præb. Idem firmant ibi Host. n. 2. in ver. Omnino frivolus, dicens coadjutorem cum futura successione de quo loquitur textus in d. c. Petrus, concedi ex dispensatione facta à papa ex certa, & speciali gratia: & sequitur Bellam. in d. c. Accipimus in 4. q. n. 4. post Colletar. ibi n. 1. Concludo igitur hodiernas coadjutorias esse odiosas, & exorbitantes à jure communi, & Concilio Tridentino.

84 Cæterum constanter affirmo, posse Pontificem Maximum ex speciali indulgentia, & dispensative, ut prædicti, legis vinculum relaxare, & has gratias concedere, ut clare probatur in iuribus proximè citatis, & in d. c. 2. de præb. lib. 6. & tradit Put. de off. 226. n. 17. lib. 3. & alibi passim Doctores. Nec ququam audeat hoc in dubium revocare propter plenitudinem potestatis papæ in beneficalibus, ut in Clem. 1. in fin. Vi lit. pendens, & scripsi latè in c. Consultationibus, n. 26. & seqq. supra de cler. agror. Quod adeo verum est, ut non solum coadjutoria cum futura successione, sed etiam simplex expeditiva, quæ proculdubio est contra Concilium Tridentinum c. 19. sess. 24. ut dixit Rota de off. 276. n. 3. par. 1. recent. sustineatur, licet Tridentino Concilio derogatum non fuerit, quia illi nec solet, nec oportet specialiter derogare, propter expressam preservationem autoritatis Apostolicæ Sedis, quæ habetur in c. ult. sess. 27. de reform. sed satis est, ut papa disponat contrarium ejus, quod Concilium disponit, dummodo supplicatio manu rapæ signata fuerit, ut expressè declaravit san. mem. Pius V. in suo Motu proprio, quem ad litteram refert Nicol. Garzia de benef. par. 4. cap. 5. num. 32. & 33. & sæpius censuit S. Congregatio ejusdem Concilii Interpres, & fuit de claratum in Cancellaria Apostolica per Abbreviatores, ut idem Garz. attestatur d. c. §. num. 34. & 35. & decidit Rota in una Pensionis S. Angelis 16. Decembrii 1594. coram bon. mem. Cardinali Pamphilio, ut per eundem Garziam d. c. §. n. 30.

DE CONCESSIONE PRÆBENDÆ.

Cap. Quia diversitatem. SYMMARIUM.

- 1 Semestre ad eligendum, seu conferendum a jure proximum non currit legitime impedito, & n. 7.
- 2 Nec incipit currere nisi a die notitia vacationis, & n. 9.
- 3 Quot capita, tot sententia.
- 4 Diversitatem corporum diversitas sepe sequitur animarum.
- 5 Arguitur quandoque de extrinseca ad intrinseca.
- 6 Intrinseca proprie quis dicitur.
- 7 Impedimentum tempus non computatur a semestri dato ad conferendum, sive impedimentum sit juru, sive facti.
- 8 Impeditus jure non potest dici negligens.
- 9 Ignorantia excludit negligentiam.
- 10 Suspendio non currit tempus ad conferendum, nisi sit negligens in petenda absolutione.
- 11 Tempus currit etiam ignoranti si proximum sit non in odium negligentiam, sed in favorem alterius.
- 12 Prelate suspensio jus conferendi non devolvitur ad Capitulum, nec ad Archiepiscopum, sed ad Papam, & n. 23.
- 13 Papa potest prœbendas conferre etiam non datâ negligentiam inferiorum collatoru.
- 14 Collatio fit sine auctoritate inter Episcopum, & Capitulum, Episcopo suspensio jus conferendi ad Capitulum devolvitur.
- 15 Prelate devolvitur ad Capitulum, ut a sit locus electioni Vicarij capitulari, & n. seqq. usq. in finem.
- 16 Sedes vacat interpretative, si Prelatus sit excommunicatus, vel suspensus.
- 17 Aut si inuitio ad agendum de jure, & n. 31.
- 18 Declaratur n. 20. & 23.
- 19 Viduata dicitur Ecclesia habens Prælatus inuitiolem.
- 20 Prelatus excommunicatus, vel suspensus pro mortuo reputatur.
- 21 Donatio causa mortis confirmatur morte civilis, sicut naturalis.
- 22 Actus factus non debet esse majoris potentia, quam actus naturalis, & verus.
- 23 Episcopo notorie hæretico facultas concedendi dimissoria pertinet ad Capitulum, & n. 34.
- 24 Episcopo excommunicato, vel suspensio nec ejus officium, nec alius potest sui reddere nisi Papa.
- 25 Suffraganei excommunicati jurisdictione non devolvitur ad Metropolitanum.
- 26 Argumentum a speciali validum est in jure.
- 27 Episcopo a pagano, vel schismatico capto, sedes quasi vacat, & jurisdictione tribuitur Capitulo, & n. seqq.
- 28 Mors civilis non equiparatur naturali, nisi in casibus in jure expressis.
- 29 Prelate ab hostibus capto jurisdictione jure proprio pertinet ad Papam.
- 30 Prelate inhabili datur Coadjutor, nec jurisdictione transiit in Capitulum.
- 31 Sede vacante interpretative ob suspensionem Prælati, a nonnullis non potest convenire, nec conveniri.

**Q**UIA DIVERSITATEM. Semestre ad eligendum, seu conferendum a jure proximum non currit legitime impedito. Hoc dicitur a Jo. Antiquo, Jo. Andrico, Butrico, Cardine Anchano, Imolense, & Jo. de Anan. nec incipit currere nisi a die notitie vacationis, Abb. Sicul. & Guido papa. Dividitur in duas partes principales. In prima Archiepiscopi querela. In secunda causa commissa, ibi mandamus. Secunda subdividitur: nam primo ponit mandatum, & solvit obstaculum. Secundo, duos casus excipit, ibi nisi, & secundum eadem tripliciter exponit ibi sic tamen. Abbas Siculus adjiciens omnes divisiones esse notandas, quia multum conferunt ad declarationem text. nec frustra sunt adinventæ.

Nota primo ex principio litteræ illud vulgatum: Quot capita, tot sententia; de quo plenus in gloss. erant enim diversæ opinionis, quo Archiepiscopo ex sua culpa suspensio curreret semestre tempus ad conferendum, & ad quem devolveretur collatio præbendarum, an ad Capitulum, vel ad proximum superiorem, quia diversitatem corporum diversitas sepe sequitur animorum, ut obviat Abb. Antiquo, n. 1. Abb. Sicul. & Jo. de Anan. in primo notandum de extrinseca quandoque arguimus ad intrinseca, & ad hoc sepe allegatur hoc c. ut per Ant. de Butr. num. 1.

Secundo nota, intrinseca proprie dei, qui præter auctoritatem superioris, ad quem pertinet collatio, beneficium est ingressus, ut patet in text. ibi, Præter ejus auctoritatem intrinseca, concors dat cap. Ex frequentibus de institutione. & cap. Cum venissent, de in integ. restit. & hic notant Butr. mon. 4. dicens de hoc esse hic textum apertum, Imol. n. 1. & Abb. in 2. notat. Dixit in c. Cum jam didimus, 3. de præb. & in c. Nisi cum pridem, a. n. 26. de reventiari. ubi latet de intrinseca, & quatuor illorum speciebus.

Tertio nota, in tempore sex mensium dato Episcopis ad conferendum non computari tempus, quo jure sunt impediti, sive impedimentum sit iuris, sive facti. De impedimento juris exemplificat textus ibi, tempus suspensionis in sex mensibus nullatenus computatur. De impedimento facti exemplificat ibi: Tempus etiam quoad Apostolicam sedem accepit, & apud illam permansit, vel recessit ab illa, & notant Butr. n. 7. Imol. n. 4. & Abb. num. 3. & signa rationem in textu expressam, quia Lateranensis Concilij Constitutio contra negligentes tantum fuit promulgata, ut in c. Nulla, supra eod. Juste autem impeditus non potest dici negligens, & ideo tempus ei non currit, ut hic, & in l. 1. §. ult. C. de ann. except. & in l. in rebus, C. de jure dor. & hic notat gloss. in verb. Suspendi, Jo. Andr. Cardin. Ancharan. & omnes in summario textus, Butr. Imol. & Abb. in loci proxime citati.

Unde etiam fit, ut tempus sex mensium ad conferendum non currat a tempore vacationis beneficii, sed a die habite notitie ipsius vacationis, ut hic est casus, & tenuit Rota decis. 323. num. 2. par. 2. recent. & apud Cardin. Saraphin. decis. 702. num. 1. ubi etiam habes quomodo prædicti sex menses sint computandi, de quo in gloss. in cap. Quam sit, in verb. Menses, de elect. lib. 6. Ratio est, quia datâ ignorantia, excluditur negligentia, & is qui nescit, potestatem experiendi non habet, l. Annus, in fin. ff. de calumniar. l. Cum sex mens-

men' ff. de quilib. editi. e. Biduum. 2. q. 6. lectus fisci villet, quia in putatur ei, ut hic in gloss. item: Nam etiam Roma, & in via possit beneficia conferre, ut inquit Innoc. num. 5.

Ex quo inferitur, ut si Archiepiscopus fuisset negligens in petenda absolutione, tunc bene tempus ei curret, arg. c. Quoniam, i. occidit. c. si autem de rescript. 1. Quoniam potest ff. de re publicato l. Non omnia ff. de minor. secundum gloss. hic Innoc. n. 4. vers. si enim esse in mora, Hostiensis num. 6. vers. al. etiam, Joan. Andric. 7. vers. Secus si potuisset, & alios communiter. Et est simile in l. Qui putat se facere, ff. de reg. jur. & in l. Non omnes, §. Qui capiam, ff. de re militar. Hoc autem casu Archiepiscopus licet licet in culpa, non tamen fuit in mora petendi absolutionem, ex quo protinus ad Curiam se contulit, ut patet in text. ibi, Ad Apostolicam sedem accessit, & in integra relata ab Antonio Augustino in 3. Collect. Decretal. lib. 3. tit. 2. c. 2. & in l. odierat Innoc. d. n. 4.

Ex his re de deducit Abbas in c. 3. ut si tempus esset proximum non in odium negligentiam, sed in favorem alterius, tunc tempus curreret etiam ignoranti, de quo est text. in l. Genere ff. de his qui vocantur in causa, quod latius profertur, ut per eum.

Ultimo nota, ibi, Non tamen ad ipsum Capitulum, Prælate suspensio ad officio, & jurisdictione secundum Laurentium, & Joannem, vel in specie a potestate conferendi beneficia, secundum Abb. Antiquo, hic n. 1. in verb. Culpa, jus conferendi non devolvitur ad Capitulum, nec ad Archiepiscopum, sed ad Papam, qui potest præbendas conferre etiam non datâ negligentiam inferiorum collatoris, ut in text. ibi, sed ad illum, qui præter ejus desiderium, & negligentiam poterat præbendam donare, ad cap. 1. cum ibi notat, de supplent. neglig. Prælat. lib. 6. Et hic notat gloss. in ver. Præter, Innoc. num. 4. in ver. ad illum, & infra vers. alius videtur, Abb. Antiquo, hic. Hostiensis num. 8. in ver. Sed ad illum, & in ver. Donare, Joan. Andr. num. 5. in ver. Sed ad illum, & in ver. Præter, Abb. Siculus n. 4. q. 7. & reliqui omnes.

Hoc tamen limitat notabiliter, nisi collatio inter Episcopum & Capitulum sit simultanea, quia tunc suspensio vel excommunicatio Episcopo, jus conferendi ad Capitulum devolvitur, ut hic limitat Innoc. n. 3. Hostiensis num. in ver. Computatur, & Abb. d. n. 4. Hodie hoc est expressum in c. unico, ne sede vacante, lib. 6. ubi gloss. 1. dicit illam Decretalem emanasse ad declarationem eorum, que hic notant Goffred. Innoc. & Host.

Hinc sumpta occasione QUÆRO, an Prelate excommunicato, vel suspensio jurisdictione ad Capitulum devolvatur, adeo ut sit locus electioni Vicarij Capitulari.

Emerit nuper hæc questio in casu Archiepiscopi Altamuræ, qui ab Episcopo Gravine declaratus fuit excommunicatus, eo quod ipsius jurisdictionem turbaverit. Et cum propterea Capitulum concedere jurisdictionem ad se devolutam, & esse locum electioni Vicarij Capitulari, juxta consuetudinem illius Ecclesie. Re ad S. Congregat. Episcoporum, & Regularium delata, consultus fui quid mihi pareretur.

Pro Capitulo allegabatur Host. in summa, tit. Ne sede vacante, §. Quot modis dicitur sedes vacare, c. 2. ubi dicit, sedem vacare duobus modis: scilicet vere, ut in re: Ne sede vacante, & interpretative, ut

quia Prælatus est hæreticus, excommunicatus vel suspensus per hoc c. & per c. 1. de Paroib. c. 1. & ibi notat gloss. de prescrip. & cap. Quia divergentia, de elect. vacat enim si Prælatus inuitio sit ad agendum de jure, l. 1. §. penult. ibi, (non esse auctorem vel syndicum: tunc quoque intelligimus, cum is abis, aut valerit impediri, ut aut innabilis sit ad agendum.) ff. Quod casusque uni versorum. Unde dicitur Ecclesia judicata, quæ licet Prælatus habeat, tamen inuitiolem perhibetur habere, ut cap. Inter corporalia, §. Sed neque, de translatione Episcop. sic malus Sacerdos non dicitur Sacerdos, cap. Multi, 4. 1. distict. nec malus Episcopus dicitur Episcopus, cap. Non omnes, 2. quæst. 7. & quamvis hoc casu secundum Hostiensem non habeat locum dist. tituli: Ne sede vacante: ut tunc tamen vere vacat sedes, vel interpretative scilicet de jure, delicto Prælati exigente, vel de facto, dum modo ejusdem negligentiam imputari possit, ille titulus locum habet, arg. c. Sacerdotum, de rescript. ita Hostiensis: quem sero ad calumniam refert & sequitur Jo. Franciscus Pavinus in tradit. de offi. & potest. cap. Sed vacat, Prælatus, 7. & ultim. n. 13. vers. 2. si Prælatus tradit, tom. 1. 3. par. 2. fol. 423. subdens hoc etiam tenere Terzelinum in Clemensial. de prescrip. Quomodo dum tunc ergo cum sedes vacat vere, jurisdictione devolvitur ad Capitulum, ut cap. In qua, & cap. Cum obis, de major. & obediens, ita & cum vacat interpretative, scilicet Prælate excommunicato, vel suspensio, quia mortuus reputatur, cap. E. c. 1. §. hoc idem probant, de poenit. distict. 1. cap. Vssis, 16. q. 2. gloss. in dist. cap. Inter corporalia, §. Sed neque, in verb. Inuitiolem, de translatione Episcop. Hostiensis in c. Per venerabilem, num. 15. qui sit legitime. Ad quod vide bonam glossam in cap. si Episcopus, in ver. Sed Capitulum, in supplent. neglig. Prælat. lib. 6. ubi ait; (Et sic nota quod licet Capitulum, cum vacat Ecclesia, supplet vicem Episcopi in jurisdictione, ut cap. Ecclesia, eodem tit. & lib. 6. cap. 1. de major. & obediens, §. Sic, & cum quasi vacat; allegat simile in l. Nec usum, C. de donat. inter virum & uxori: ubi donatio causa mortis confirmatur morte civilis sicut naturali, & in l. l. c. de Episcop. & Cler.

Non obstat quod Prelate suspensio ad Capitulum non devolvatur jus conferendi beneficia, ut hic est expressum. Quoniam respondere potest hoc ideo contingere, quia etiam quando sedes vacat vere, puta per mortem Prælati, tamen jus conferendi in Capitulum non transit, ut est text. in c. Illa, ne sede vacante, per rationem gloss. in d. c. Cum vltim. in verb. Capitulum, circa finem de major. & obediens. Unde nil mirum si nec transeat cum sedes vacat interpretative, quia actus factus non debet esse majoris potentia, quam actus naturalis, & verus, ut inquit Bald. in l. 4. num. 12. C. ad Senat. Consult. Feltesjan. Nec usquam reperitur jure sancitum, ut Capitulum suppleat vices Prælati in collatione beneficiorum, nisi quando Prælatus est negligens in conferendo infra semestre tempus, ut hic, & in c. Nulla, supra eod. & ideo licet jus conferendi præbendas sit actus jurisdictionis; tamen ex eo non inferitur ad jurisdictionem in genere, quæ tranfit in Capitulum sede vacante, ut notat gloss. in ver. Legitimum, de supplent. neglig. Prælati, dicens, non esse bonam consequentiam: Quis habet a administrationem legitimum: ergo bene-







quod potest Ordinarius, d. c. De multa, §. si quoque.  
 26 Præterea non est præsumendum ut Papa per suas litteras aliquibus præbere velit causam litigii, cap. Nonnulli, de rescript. quin potius præsumptio est, ut intendat dare Ecclesiam impetranti avocata possessione à possessore. In Ordinatio autem præsumptio est ut velit jus suum trahi, cap. de feud. l. i. ff. si quis iurisdictio non obtemper. verum tamen nec Ordinarius eum, cui contulit, in possessionem inducet, nisi possessore prius vocato, ut est casus in cap. Licet Episcopus, de prob. lib. 6. & notant in d. cap. De multa, Joan. Andr. num. 20. in ver. Libere, & Imol. num. 6. Et juxta prædicta concludit generalis distinguendo secundum Jo. Andr. hic num. 7. in ver. Quam cum de facto. Quandoque beneficium vacat de jure, & de facto, & tunc est conferendum personæ idoneæ, cap. 2. supra de institut. cap. super, & cap. Grave, de præbend. Quandoque vacat de facto, & non de jure, ut cum quis spoliatus est beneficio, cap. Ad audientiam, & cap. Abbas, supra de his, qua vi mor. caus. Quandoque nec de facto, nec de jure, quod non eget exemplo. Et in his duobus casibus conferri prohibetur, adeo ut qui scienter patitur se inlitui in beneficium viventis, hoc ipso pellendus sit, cap. 1. supra eod. & nihilominus deponendus, cap. In primis, 2. q. 1. & notat glossa in d. c. 1. in ver. Pellendi. Si vero ignoranter, excusatur conferens, sed teneatur ei, cui nulliter contulit, ad simile beneficium, ut cap. Presentiam, 7. q. 1. & notat glossa præallegata adhibita tamen distinctione, de qua per Jo. Andr. in cap. Inter cetera, supra de præbend.  
 30 Aliquando verò beneficium vacat de jure, eo quod jus ipsum vacationem inducit, sed non vacat de facto, quia possessor factio ipso non cessit beneficio, ut hic patet in illis verbis: *est non de facto, de jure tamen vacare noscitur.* Et hoc quarto casu Jo. Andr. ubi supra, post Holt. subdistinguit: nam aut factum aliquid juris habet, seu colorem tenendi, & tunc beneficium conferri non potest quousque renuntiatum est, ut hic, & in cap. Cum nostris, supra eod. aut factum nullum habet colorem juris, & non obstante detentatione facti, conferri potest, cap. Proposuit, supra eod. & cap. De multa, de prob. Atque ita purum factum, quod in sola detentatione consistit collationem non impedit, nec impetrationem: factum verò, quod aliquid juris habet, utrumque impedit, & sic sine alumnia, ut inquit Joan. Andr. potest intelligi quod hic dicitur, & c. Cum nostris, §. Auditor, ibi, *Quia talis possessio, supra eod.* Dicitur autem factum purum, & nihil juris habere, quando nullum juris colorem habet. Illud verò dicitur aliquid juris habere, quando habet auctoritatem judicis, vel alium colorem juris, puta quia possessor causam habet ab illis, qui etiam injuste eligant ad præbendam, vel ipsam conferant, habent tamen potestatem eligendi, vel conferendi, secundum Jo. Andr. ubi supra, & patet ex notatis per eundem in c. Post electionem, in 2. responsio, in ver. Persona idonea, n. 4. & in c. Proposuit, §. Si super, in ver. Intelligebatur, supra eod. cap. Illa, infra ne sed. vac. & cap. Auditor, supra eod. Et est ratio diversitatis cur in possessione colorata aliud sit tenendum, quam in nuda detentatione facti tantum; quia si possessor habet causam à iudice, vel ab aliquo colore juris, factum judicis tueri Prator, l. 1. §. 1. & 2. ff. Quod cum falsator. pro quo semper est præsumendum, ut leg. & not. in c. In presentia, §. 1. supra eod. & qui peccat, non peccat juris auctoritate, c. Qui peccat, 2. q. 3. & iuste possidet qui iudicis auctoritate possidet, l. Iustus, ff. de acquir. possess. Ideoque talis possessor vel ex indulgentia Sedis Apostolicæ, quam olendit electoribus, vel conferentibus antequam sum eligerent, vel conferrent; vel aliquo alio jure credendus est iustam causam fore, de qua etiam inquirendum est, & nisi reperitur iusta, poterit privari ipse possessor, & cogi ad resignandum; & facta resignatione poterit fieri collatio, ut hic patet, & in d. cap. Cum nostris, §. fin. & in c. Proposuit, §. fin. supra eod.

35 Ceterum in hoc 4. membro, videlicet, *Cum præbenda vacat de jure, sed non de facto, aliter distinguit Imola n. 16. vers. Et prædictio:* nam ut ipse ait, interdum est possessio penitus incolorata, interdum est incolorata, sed non penitus, interdum verò est colorata. In primo casu quando est penitus incolorata, non impeditur impetratio, nec etiam collatio, ne dum Ordinarij, sed nec etiam Delegati, per ea, quæ notantur in cap. De multa, §. si quoque, & in c. Exterritoria, §. Aliquam, de prob. melius in cap. Cum in cunctis in glo. penult. de elect. Dicitur autem possessio penitus incolorata quando possidens nullum habet titulum, nec etiam habuit; vel si habuit fuit illo privatus per sententiam juris, vel hominis, per ea, quæ notantur in d. §. si quoque, & notat glossa præalleg. Idemque videtur si habet titulum ab illo, ab quem non spectat originaliter, nec accidentaliter, per id, quod habetur in c. Illa, infra ne sed. vacat, non tamen poterit possessor sua possessione privari, nisi prius eo citato, & de jure illius cognitio, c. Licet Episcopus, de prob. lib. 6. Secundo autem casu quando possessio est quidem colorata, sed non penitus, veluti si quis habeat titulum ab eo, ad quem originaliter spectat, licet potestas accidentaliter sit translata in alium; tunc talis possessio non impedit impetrationem, nec collationem Ordinarij. Executor tamen conferre non potest, ut equam cogere possorem ad dimittendum, ut hic est casus secundum intellectum Anchar. quæ dixit notabilem idem Joan. de Imola, num. 16. col. 1. 2. in fin. vers. Unde possessor dicit: nam iste Archiepiscopus originaliter poterat conferre primam vacantem per allecationem secundæ: sed accidentaliter potestas ad Papam fuit devoluta, ut patet ex littera; unde per confirmationem, quam concessit Archiepiscopus, concessio non remanet penitus absque colore.  
 36 Verim hæc distinctio inter possessionem incoloratam, & penitus incoloratam, est nimis subtilis, & est contra mentem Doctorum, qui communiter dicunt, possessionem tunc esse incoloratam, quando nullum habet colorem tenendi, quem quidem colorem nullo prolixo modo præbuit dicta confirmatio, quia ad hoc non inspicitur origo, sed tempus ipsius confirmationis, c. Undum, in primo, §. Cum autem, ibi, electionis tempore, c. Cum inter R. in fin. & c. Auditor, vers. Cum tamen, de elect. cap. Quorundam, cum ibi notat, per Joan. Monach. & Joan. Andr. eod. tit. lib. 6. Henric Boic. in d. cap. Undum, num. 26. Quo quidem tempore inspecto certum est Archiepiscopum carulle funditus pro illa vice conferendi potestatem, c. 2. supra eod. Unde perinde est ac si eam nunquam habuisset. Tene igitur intellectum Cardinalis, de quo

quo supra n. 9. quod scilicet impetratio beneficij vacans de jure, sed non de facto, quia ab alio possidetur, sit valida, si possessio nullum habeat colorem tenendi, sed nihilominus executor apostolicus conferre non possit priusquam coegerit detentorem ad cedendum de facto, ut hic videtur casus non cavillando litteram. In tertio autem casu, quando scilicet possessio est colorata, breviter concludit collationem Ordinarij valere secundum ea, quæ dicta sunt supra n. 24. sed impetrationem certi beneficij, non facta mentione talis possessionis esse invalidam, ut est tex. secundum communem intellectum in c. Cum nostris, supra eod. & dictum est supra n. 22. In hoc tamen ultimo casu possit latius distinguere, ut per Compositell. in c. Capitulum S. Crucis, supra de rescript. Cujus distinctionem hic reassumunt, & probant Henric Boich, num. 3. & Imol. n. 16. col. 1. 3. post med. vers. Tertio casu.  
 38 QUÆRO, An Episcopus possit dispensare ad duos beneficia in ead. ecclesia. Præmittendum est, hanc quæstionem de beneficiis, aliis comparabilibus: nam si essent incompatibilia, vel ratione curæ animarum, vel ratione sufficientiæ secundum ea quæ dixi in c. Cum jam dudum, an. 31. supra de prob. explorati juris esse Episcopum dispensare non posse, quia cum hanc facultatem non habeat, quando hæc beneficia incompatibilia existunt in diversis Ecclesijs, sed opus sit dispensatione Apostolicâ, ut firmavi in d. c. Cum jam dudum, in 2. q. longè minus illam habet quando existunt in eadem Ecclesia, ut patet ex dictis supra n. 6. & seqq. Ho præmissis, in quæstione proposita duæ sunt opiniones. Prima est Tancredi, qui arbitratus est Episcopum posse dispensare in qua etiam revidet hic Bernard. in glossa: & ad hanc Decretalem respondet, confirmationem idcirco non valuisse, quia Archiepiscopus non intendebat dispensare. Nam præbenda vacabat de jure, licet non de facto, & Archiepiscopus de novo non contulit, sed confirmavit; quæ quidem confirmatio si ne nova collatione non induxit dispensationem c. 2. de schismat. secus autem esset si dispensationem expressisset, & cum causa impeditus fuisset, ut cap. Cum nostris supra eod.  
 Secunda opinio est Goffredi, qui dixit, Episcopum ad plures præbendas, si in diversis, live in eadem ecclesia nullatenus posse dispensare, & reprehendit Tancredum, qui dixerat oppositum, quia crimina non sunt palpanda, ut incurata ferventur, c. Si quis diaconus, 70. dist. & Goffredum sequitur Petrus de Sampone, dicens, hoc esse hic expressum: & cum eo transit Abb. Antiqui: ejus auditor, num. 3. Idem ex hoc text. colligit Innoc. in princ. in ver. Quoniam, quibus adjungi possunt Hostiensis, & authores omnes, qui existimant Episcopum non habere facultatem dispensandi ad plures præbendas, etiam in diversis Ecclesijs, quos retuli in c. Cum jam dudum, in 1. q. vers. Secunda opinio, n. supra de prob. Hi enim fortius tenent Episcopum id non posse in ead. Ecclesia, per ea, quæ dixi supra n. 6. Moventur per c. Sanctorum, 70. dist. ubi Episcopus non dispensat, ut quis habeat duas præbendas, etiam in diversis Ecclesijs. Item quia cum transferat ad secundam, vacavit prima, cap. Si quis jam translatus, 2. 1. q. 2. Ergo Episcopus non potest hoc justolere, cap. Dilectum, supra de tempor. Prosp. Fagn. in 4. Decretal. Tom. 4.

ordinari. Item quia cum distinctæ sint præbendæ in aliqua ecclesia, non possunt uniri, quæ in una personam, nec una dividi inter duas, c. Ina, supra de prob. c. Singula, 89. dist. secundum Innoc.  
 39 Tu verò pro concordia sequere distinctionem Jo. Andree num. 8. videlicet: Aut beneficia in eadem Ecclesia sunt conformia, puta duo canonici, vel duæ præbendæ, & Episcopus dispensare non potest, sed requiritur dispensatio Apostolica, de qua est argumentum optimum, & quasi expressum hic secundum Abb. in 2. notab. Et in hoc casu intelligi potest secunda opinio Goffredi, & sequacium. Aut beneficia sunt dissimilia, puta dignitas cum canonicatu, vel præbenda, & dispensat Episcopus, ut videtur casus in c. 2. in fin. & ibi glossa in verb. Nisi unicum, de consuetud. lib. 6. & facit tex. in Clem. Si juxta, & quod ibi notatur in ult. glossa de prob. & ita procedat prima opinio Tancredi, & Bernardi. Ratio diversitatis est, quia in primo casu cum duo beneficia conformia in una persona uniantur, frangitur ibi numerus: nam si in una ecclesia mihi Canonico detur alia canonia, aut ecclesia, non habet certum numerum, aut habet. Primo casu superflua est datio secundi Canonici, & videtur fieri potius verbotenus, quam quoad effectum: veluti cum secundo manumittitur semel manumissus, baptizatur baptizatus, vel ordinatur ad eundem ordinem jam ordinatus, ut l. 2. c. de man. nifi. vincta. c. Presbyterus, §. Quod, ergo & quod ibi notatur 68. dist. Secundo autem casu cum habet numerum, per dispensationem numerus frangeretur: nam si sint duodecim canonici, & ego habeam duas, non erunt nisi undecim; & si dispensaretur cum alijs quinque, ut singuli duas haberent, non essent nisi sex. Patens est igitur ratio fractionis numeri. Præterea subtrahitur Ecclesie alterius consilium, & suffragium, ad quod ego jam tenebar ex prima canonia, ita ut per secundam nihil addatur: unde Ecclesia multum laederetur. Secus autem est cum beneficia sint dissimilia: nam si in una Ecclesia sint duodecim canonici, & extra numerum sint Personatus, vel officia perpetua, si Personatum habeo cum canonia, numerus non infringitur, & nunc Canonici, nunc Personatus potero deservire: conformitas ergo officiorum prohibet, quod diversitas officiorum permittit: ita distinguit & declarat hic Jo. Andr. num. 11. vers. Item si in diversis, cui ad stipulantur Bueri n. 11. vers. Per qua concludit, Imol. num. 8. & communiter Doctores, ut Abb. testatur num. 6. Eodem modo distinguit glossa ult. in Clem. sm. de prob. dicens, Episcopus non posse dispensare, ut quis habeat duas canoñas in eadem Ecclesia, sed bene posse dispensare ut habeat canoniam cum personatu, & sequuntur ibi Doctores Feder. de Sen. conf. 120. Quæstio est, per ter, ubi consultit ut dispensatione Episcopi posse quem obtinere canonicatum cum capella in eadem Ecclesia, licet obtinere non possit duas præbendas, & sequitur illud cons. Abb. cons. 70. Videtur primo, circa finem, vers. Ad secundum, lib. 1. & idem Feder. conf. 207. Ad aures, juncto cons. 206. Reverende Pater, ubi respondit similiter posse Episcopum dispensare, ut in eadem Ecclesia Canonicus præbendatus possit obtinere Archiepiscopatum, tui ex consuetudine annexa erat duplicata præbenda. Lapsus allegat. 117. Philippus, num. 3. & 4. X 3

45 *vers.* Et eadem ratione, dicens duos canonicatus esse duo membra, requirere duo consilia, & vota in eodem corpore, videlicet in Capitulo, & ideo in illis intrare incompatibilitatem sub eod. test. Secus in canonicatu & capellania, vel in canonicatu cum dignitate. Doctores in c. Cum iam dudum, supra de preb. ubi in specie Abb. num. 9. & Burr. n. 10. *vers.* Vltimate, ubi ait, se prædictæ distinctioni adherere, quia est opinio tanti Doctoris, ut fuit Jo. Andr. quam etiam sæpius probavit Rota, & præsertim in causa Toletana Capellania de Baran. 3. Martij 1589. & 4. Junij 1590. coram Cardin. Mantica, & 15. Februarij 1591. coram Cardin. Pamphilij in decis. in press. apud Garz. de benef. part. 1. cap. 5. sub n. 222. Quintimo eandem probavit & S. Congregatio Concilij, ut dicam in sequenti questione num. 64. & 69. Beneficia tamen, quorum onera ad parochialem Ecclesiam translata sunt, eo quod eorum Ecclesie in sylvis essent sitæ, ex ipsius Congregationis sententia non sunt incompatibilia tanquam existentia sub eodem testo.

46 Declara primò secundum membrum propositæ distinctionis, quia dictum est, duo beneficia difformia sub eod. test. posse obtineri ex dispensatione Episcopi, ut locum habeat, de modo Episcopus expressè dispensaverit: nam utrumque simpliciter considerando, non intelligitur tacite dispensare, c. 2. in præd. sibi sicut. & tenet glof. ult. hic *vers.* Et sic quod ideo confirmatio, l. mo. n. 7. col. 5. *vers.* Alia sua opinia, Burr. n. 11. *vers.* Quod non data, & alia censuit S. Congregatio, ut dicam infra n. 67.

48 Declara secundò, ut procedat dummodo dispensatio sit ex magna, & evidenti Ecclesie utilitate, aut urgente necessitate, aut maxima prerogativa meritorum: alias enim dispensatio non valeret, ut plene per Feder. de Senis in præd. leg. 205. & conf. 206. n. 1. Ad quod tamen vide quod dicam infra num. 68. ex S. Congr. sententia.

49 Declara tertio, nisi utrumque beneficium difforme ex privilegio, statuto, vel consuetudine requiret præcisam residentiam, quia tunc Episcopus dispensare non possit, ut tenet Feder. de Senis d. conf. 120. n. 2. *vers.* In questione. Et est ratio: quia si beneficia hujusmodi unirentur in eadem persona, minueretur divinus cultus, & Ecclesia non modicum reciperet in spiritualibus, & temporalibus detrimentum, ut per eundem Feder. d. conf. 205. in princ. & hoc servatur de consuetudine, ut dicam in declaratione sequenti. Ex quo notabiliter infero, ut cum hodie dignitates, canonicatus, & portiones in cathedralibus, & collegiatis ecclesijs non causativè ad effectum percipiendi fructus, sed præcisè personalem residentiam requirant ex Concilio Tridentino cap. 12. sess. 24. episcopus dispensare nequeat, ut quis in eadem Ecclesia obtineat dignitatem cum canonicatu, vel portionem, aut eorum alterum cum altero, & ita in hoc corrigatur cap. 1. in fin. de consuet. lib. 6. & opinio Jo. Andr. sequacium, de qua supra n. 40. qui tenuerunt ex dispensatione episcopi posse obtineri canonicatum cum dignitate, vel personatu. Et eo magis, quia non desunt qui sentiant etiam de jure communi non licere ex dispensatione episcopi obtinere in eadem Ecclesia canonicatum cum dignitate, & per allocationem dignitatis censeri renuntiatum canonicatu: quod tenuit Signorol. de Homod. conf. 112. & præ-

terea ex alio ejusdem Concilij decreto, nempe cap. 17. sess. 24. episcopi prohibentur conferre duo beneficia etiam in parochia, & ad sustentationem insufficientia, quando utrumque requirit personalem residentiam: nec distinguitur an in una, vel in pluribus ecclesijs existant: fortius autem est inhibita pluralitas sub eodem test. ut ostensum est supra num. 6. & mox patebit ex his, quæ dicentur in sequenti declaratione.

50 Declara quartò, ut locum habeat nisi primum beneficium sit sufficiens ad honestam sustentationem: tunc enim episcopus ex Concilio Tridentino in d. cap. 17. sess. 24. prohibetur conferre secundum, etiam in diversis ecclesijs, ut scriptum plenius in cap. Cum iam dudum, supra de preb. num. 31. 43. & 49. supra de preb. Ergo fortius in eadem ecclesia, quia magis est inhibita pluralitas sub eodem test. quam in diversis ecclesijs, ut patet evidenter in hoc cap. Litteras: nam præbenda ecclesie S. Viscardi non vacavit per allocationem secundæ in majori ecclesia, & tamen vacavit ipso jure per allocationem alterius præbende in eadem ecclesia S. Viscardi, & fultus d. cum est supra in 2. notab. & notat glof.ultima in Clem. spo. de preb. Obtinent igitur beneficium sufficiens magis prohibetur à Concilio conferri secundum in una ecclesia, quam in diversis. Et hoc approbat etiam communis consuetudo, secundum quam episcopus dispensare non potest ad duo beneficia simplicia quando exigunt residentiam, vel quando primum est sufficiens, ut testatur Abb. in præd. conf. 70. in fin. *vers.* Et hodie ex communi consuetudine, juncto præcedenti *vers.* Ad secundum.

51 Secundò QUÆRO, supposita consuetudine ecclesie Barcinonens. obtinendi ex collatione Ordinarij, retinendique duo beneficia difformia sub eod. test. an liceat vigore hujus consuetudinis obtinere in eadem ecclesia, ac retinere præbendam Theologalem una cum Archidiaconatu.

52 Videtur respondendum licere: nam consuetudo obtinendi duo beneficia difformia sub eodem test. valida est ex dispositione juris communis, ut probatur per locum à specialibus in cap. 1. & ibi Doctores de consuet. lib. 6. ut quamvis in ecclesia Barcinonens. nunquam fuerit observata in præbenda Theologica, ut eam aliquis retinuerit cum dignitate, vel alio beneficio dissimili: tamen satis est ut in genere fuerit observatum, ut duo beneficia difformia possent in dicta ecclesia licite obtineri: & ideo nunc idem servari potest in præbenda Theologica: nam consuetudo non præjudicans juri alterius, & legi non contraria, prout est hæc, quæ habet fomentum à jure communi, juxta d. cap. 1. extenditur ad casus similes, Abb. in c. Translatio in fin. de consuet. Felin. in c. Audistis num. 21. in secunda declaratione, de prescript. Balb. in trati. de prescript. in 2. par. princip. in 2. questione, n. 29. cum seqq. Egidi. Bellam. consil. 589. Gabriel, qui attestatur hanc esse receptorem opinionem, lib. 5. de prescript. consil. 2. n. 15. Et propterea consuetudinem obtentam in monasterijs alicujus Religionis, extendi etiam ad nova ejusdem Religionis monasteria, tradit Felin. post Cardin. loco citato. Quod autem dici solet tantum præscriptum, quantum possessum, l. Quod meo. s. fin. ubi Doctores s. de acquir. possess. procedit in præscriptione, in qua veritur rigor, non autem in consuetudine, in qua consideratur æquitas, Bald.

in l. scimus, prope fin. c. de inoffic. testam. Balbus, & Felin. in locis supradictis, in l. non dabitur, num. 30. c. de legib. Præterea etiam si ageretur de præscriptione, non possit quidem fieri extensio de una specie actuum ad aliam speciem: sed tamen potest fieri extensio ab actibus unius speciei, in quibus habuit locum præscriptio, ad alios actus ejusdem speciei postea occurrentes, ut declarat Abb. in c. Cum in una, in 2. not. de decim. Balb. ubi supra n. 23. Gabriel d. loc. n. 19. Et ita quamvis casus non acciderit in præbenda Theologica, ut oborta fuerit cum alio beneficio difformi: tamen satis est ut in genere receptum fuerit, ut in illa specie beneficiorum, scilicet difformium, consuetudo licet servata: debet enim vigore observantia in illa specie subsequuta extendi ad omnes alios actus sub illa specie comprehensos, & consequenter habebit locum in præbenda Theologica, & Archidiaconatu, quæ sub specie beneficiorum difformium comprehenduntur, ut constat ex dictis supra n. 40. 43. & 49.

58 Non obstat quòd S. Congregatio jam dudum declaraverit vigore consuetudinis obtinendi duo beneficia difformia sub eodem test. quæ ante Concilium inolevit, non licere post Concilium retinere in eadem ecclesia præbendam Penitentiarij cum dignitate. Nam hujusmodi decisio eo nititur fundamento, quod in eadem ecclesia non licet esse triplex, etiam vigore consuetudinis, licet beneficia sint difformia. DD. in d. c. 1. de consuet. lib. 6. obtinens autem dignitatem, & præbendam Penitentiarij esset triplex. Primò enim obtineret dignitatem. Secundò, officium Penitentiarij, qui est titulus ecclesiasticus per se stans, cum juxta decisiones Sacre Congregationis possit conferri, & sit incompatibile cum Parochiali, etiam ante vacationem præbendæ: id eoque hujusmodi officium ecclesiasticum est beneficium, Joan. de Selua in trati. de incompatibil. beneficiorum, in prima parte quæst. 9. num. 3. & cadit sub prohibitionem pluralitatis, d. c. 1. & ibi Doctores, Hojed. not. supra. Tertio obtineret præbendam Canonicalem, & ita esset triplex in eadem ecclesia.

61 Neque obstat, quòd præbenda unita officio Penitentiarij non inducat incompatibilitatem, cum solum officium, cui facta est unio, sit considerandum, c. Super eo, ubi Doctores de preb. lib. 6. Lappus allegat. 35. in fin. & beneficium unitum nomen beneficij amittit, Oldrad. consil. 257. num. 15. Paris. consil. 30. n. 18. in 4. vol. Nam respondetur id procedere, cum beneficium alteri unitum non existit in eadem ecclesia. Nam pluralitas in una & eadem ecclesia adeo est factis canonibus in vicijs, ut ad inducendam pluralitatem etiam beneficium unitum alteri debeat considerari, ut post glof. in Clem. spo. de preb. tradunt Doctores communiter in d. c. 1. de consuet. lib. 6. & præsertim Franc. ibidem in 7. Abb. hic n. 2. & patet ex dictis supra n. 8. Declaravit igitur Sacra Congregatio non posse vigore dictæ consuetudinis post Concilium obtineri cum dignitate præbendam Penitentiarij, quia obtinens fuisset triplex in eadem ecclesia. Hæc ratio cessat in casu presentiam obtinens præbendam Theologalem cum dignitate, erit tantum duplex, quia habebit præbendam & dignitatem. Nec utget sedicas, Obtinebit etià officium, & totum nam id est onus anne-

xum præbendæ, non autem officium per se stans, quod conferatur in titulum beneficij ecclesiastici, ut possit causare pluralitatem. Quod patet ex pluribus. Primò, quia Concilium Trident. loquens de hac præbenda sess. 5. c. 1. utitur his verbis: cui aliud onus incompatibile in unitum non fit, per illam dictionem, aliud, implicans onus legendi, & quia in finibus non esse officium, ad glof. 63. in. in add. marg. in l. 1. c. de servu. fugit. Secundò, quia Concilium sess. 14. c. 8. voluit institui Penitentiariam ante vacationem præbendæ, ut Sacra Congregatio declaravit: & sic voluit esse titulum beneficij ecclesiastici qui per se stare. At verò non ita disposuit de Lectore Sac. Scripture, sed tantum decrevit præbendam ad hunc casum ipso facto constitutam, & deputatam intelligi, & sic voluit esse præbendam quæ huic usui interserviret: non autem voluit id munus legendi esse titulum, vel beneficium ecclesiasticum. Tertio id munus legendi esse onus præbendæ annexum, & non titulum, inde apparet, quòd Doctores in c. Significatum, supra de preb. & in c. Quia nonnulla, de Magistr. querentes, An Episcopus præbendæ vacanti onus injungere possit, loquuntur tam de onere Missas celebrandi, quam legendi, & sic utrumque appellant onus, & non officium: & in specie glof. in d. c. Quia nonnulla, in ver. præb. in fin. quam ibi Doctores sequuntur, obligationem legendi, ad quam præbendam tenetur, appellat onus præbendæ annexum. Et propterea qui talem præbendam, quamvis onus annexum haberet, obtinuerit, poterit etiam dignitatem obtinere, & cum illa in eadem ecclesia non triplex, sed duplex erit: quod licet in difformibus vigore consuetudinis, juxta d. c. 1.

64 Sed dices, hoc dubium frustra proponi cum supposito consuetudinis, quia si beneficia sub eodem test. sunt conformia, puta duo personatus, vel duæ dignitates, aut duo officia, obtineri non possunt absque dispensatione Apostolica: non obstantè contrariâ consuetudine, etiam immemorabili, ut est casus in d. c. 1. de consuet. lib. 6.

65 Ideoque Sacra Congregatio ab Episcopo Salamantino consulta declaravit duo beneficia simplicia personalem residentiam non requirantia in eadem Ecclesia parochiali, quorum alterum servitorium, alterum verò prædicationum nuncupatur, esse conformia: ac propterea si uni ab Ordinario fuerint collata, primum per allocationem secundi ipso jure vacasse: sed & secundum vacare, si utrumque sciens, & prudens retinere petierit, nisi aliud lege fundationis ab Ordinario approbata cautum esset.

66 Quippe hanc legem non fuisse à Concilio sublata consuetudine, cum per eam non frangatur numerus, nec minuatur cultus divinus, quæ sunt duæ rationes, ob quas verum est obtinere duo beneficia sub eod. test. ut dixi supra n. 41. Quod si duo beneficia in eadem Ecclesia sint difformia, obtineri possunt cum dispensatione Ordinarij, etiam circumscriptâ consuetudine, secundum opinionem Jo. Andr. & communem, de qua supra n. 40.

67 Verum ad hoc patet responsio ex subjunctis declarationibus S. Congregationis Concilij. Et primò, cum Episcopus Maurianensis in suo mensis contulisset Canonicatu & Capellani in sua Ecclesia vacantè Amedeo Clerico Gebennen, & qua-